

Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon. Prieurés et dépendances des origines à 1300. Tome premier., 76

Cum resedisset Isaac, dono Dei episcopus, et Odo comes, vel missi dominici, in Luco villa, in mallo puplico, ad universorum causas audiendas vel recta iudicia iudicantes vel dirimendas una cum scabineis et aliis plures hominibus qui ibidem aderant, veniens homo aliquis ibi, nomine Alcaudus, advocatus sancti Mamme vel Isaac episcopi, mallavit hominem aliquem nomine Hildebernum. Et dixit quod ipse Hildebernus et sui servi et sui franci venissent in fine Bruciacensi, Getliacensi et in Saciacensi, in terra vel in silva sancti Benigni, et ibi tallassent vel occidissent uno casu de sancto Benigno, de villa Saciaco, ordinante Hildeberno, malo ordine, et dixit quod tales testes haberet; et per iudicium escabineorum Vualdricus, arramivit post XL noctes in proximo mallo, quod in Uscarense et in Atoeriis ipsi missi tenent, ipse Alcaudus cum sua testimonia, Hildeberno ad probare faciat. Hi sunt qui presentes adfuerunt: Deodatus, Godono, Arembertus, Avrant, Odelerio, Vulfrico, Mummiono, Vualdrico, Brunart, Auvarno, Helisco, Achevo, Blitbodo, Eldii, Hisnart, Arman, Audrii, Desiderio, Servado. Ego Otrannus levita scripsi et subscripsi, datavi, die martis in mense decembri, in anno XXVII regnante Carolo rege. De Saciaco.